



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt XIV. Idem Capitulo (a) Metensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

cita sunt, juramento promitti possint, ac debant; si confuetudo vigeat, vel statutum Episcopi id exigat, eo modo, quo castitas ordinis ecclesiastico ex lege annexa, in Subdiaconatus susceptione voveri dicitur; juramentum enim suscepit obligationis potest esse vinculum, & in legum custodiam ad munimentum adhiberi; quia sicut pro veritate indaganda, ita pro iustitia munienda juramentum exigiri potest. Facit Novella 6. Justin. cap. 1. licet pro rebus, quacitatem, aut expresse non veniunt in ipsa ordinatione, juramentum exigiri non possit ab aliquo sacerdotio labore, cap. dilecti, 13. de majorit. & obed. agnoscit Gofridus Vindocin. lib. 2. epif. 11. docuit Hallierius de sacris elect. sect. 7. §. 7. Etiam ab ordinatis, seu promotis juramentum de observandis omnibus Ecclesiae canonibus exigiri non debet, propter periculum perjurii. Synodus Cabilon. 2. cap. 13. ibi: *Dicitum est de quibusdam fratribus, quod eos, quos ordinantur sunt, jurare cogant, quod digni sint, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo, qui eos ordinat, & Ecclesia, in qua ordinantur: quod juramentum, quia periculorum est; omnes una inhibendum statuimus.* Potest tamen simile juramentum de canonibus observandis, ab ordinatis, vel promotis ad ecclesiastica beneficia exigiri, quando per tale juramentum intenditur disciplina ecclesiastica finis, & munerum gradus, vel beneficii suscepti implementum; non tamen, ut qui ita juravit, teneatur sub perjurii reatu omnes Ecclesiae canones servare: quo modo accipendum est Concil. Tolet. 11. can. 10. juncto Hallierius ubi supra, §. 6. in fine.

(d) *Manuteneas.*] Plerumque enim tempore ordinationis, aut institutionis in propria Ecclesia juramento promittitur indemnitas rerum ipsius Ecclesiae, juxta formam praescriptam in Pontificali Romano, his verbis: *Possessiones verbo ad mensam meam pertinentes, non vendam, nec donabo, neque impigerabo, nec de novo infundabo, vel aliquo modo alienabo;* etiam cum consensu Capituli Ecclesiae, in consulo Romano Pontifice; & si ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrire volo. Hanc autem præmissionem juramento firmatum, non ab omnibus Prelatis instituendis, sed ab eis tantum, qui de dilapidatione suspecti sunt, exigiri debere probat Hallierius d. sect. 7. ex textu in cap. de Siracusa, 13. 28. dift. ubi ab eo, qui uxorem, & liberos habebat, tale juramentum Pelagius exigit, proper timorem dilapidationis, quia liberorum causa credebatur Episcopum illum bona Ecclesiae dilapidatum fore. Nec novum est, ut juramentum ob aliquam suspicionis cau-

sam ab aliquibus exigatur, quod ab aliis non praestatur, ut in cap. cùm in Ecclesiis, 10. de majorit. & obed.

COMMENTARIUM.

Fuit olim pravissimos non residendi, tam altè infixus in animis Pastorum, & Curatorum, ut cautum sit in Capitularibus Caroli, & Ludovici filii, lib. 5. tit. 108. secundum editionem Friderici Lindembrogii, ut presbyteri, qui in titulis confronterunt, secundum canones, antequam ordinantur, præmissionem stabilitatis loci illius faciant. Haec residenzia erat magis præcisa, ideoque ligia appellatur ab Honorio III. in presenti, & licet juramentum adimplendum sit in specifica forma, non per aequipollens, cap. ad nosfram, el. 1. de iurejur. & absens pro negotiis Ecclesiae non videatur adimplere propriæ præceptum residendi, cùm non lucret distributiones quotidiana, iuxta suprà tradita in cap. de cetero; tamen adhuc certum est pro residente habeti, ideoque eum fructus proprii beneficii lucrari, cap. cùm dilectus, cap. ad audiendum, hoc tie, & novo jure etiam distributiones, ex cap. unic. hoc tie. in 6. in certis casibus, quia residenzia non ita strictè petenda est, ut beneficiarius semper, & continuo stet in loco beneficii, cap. nunquam, 33. de consecr. dift. 5. l. foramen, 18. ff. de servit. urb. & ita licet juramentum debeat impleri in specifica forma, tamen potest per aequipollens adimpleri, consentiente parte, in cuius favorem præstitum est, ut probat P. Suarez tom. 2. de relig. tract. de iuramento, lib. 2. cap. 37. unde cùm juramentum in præfenti specie sufficiat præstitum de residendo in Ecclesia S. Martini Turonensis pro Præpositura, quam in ea Ecclesia Præpositus de Valerius obtinebat, & respiceret tantum favorem ipsius Ecclesiae, ubi residere debebat, ideo absens pro ejus iuribus tecum, ac defendendis plenè, & vero adimpleret juramentum præstitum de residendo in ipsa Ecclesia sancti Martini. Neque enim testudinis more Ecclesia hætere debet qui juravit residere, quamvis ligiam residenziam promulges. Epilocus autem absens a proprio diceendi, etiam causa utilitatis proprie Ecclesiae, vel Reipublicæ, non fruiatur privilegio alternativa. Gonzalez ad regul. 8. glof. 43. num. 84. Carta de benef. p. 5. cap. 1. §. 10. Moneta de optione cap. 3. Barbola de potest. Episcopi, 3. p. alleg. 53. n. 34. Gratianus difc. cap. 166. num. 13. Immò est tantum per tres dies absuerit pro toto illo mense, alternativa ut non potest. Germonius de 12. dult. Cardia. §. volumus, num. 21. Barbola abt supra, num. 63.

CAPVT XIV.

Idem Capitulo (a) Metensi.

Cum dil. f. Magister Otho (b) scriptor noster, Canonici Ecclesiae vestrae grata nobis jugiter impendat obsequia, & non minus si sit absens, quam præsens, eidem Ecclesiae utilis habeatur, universitatem vestram rogandum duximus & monendum, per Ap. vob. scripta mand, quatenus eidem in nostro servitio commoranti, ob reverentiam Apostolicæ Sedis & nostram, annuatim fructus præbendæ sua integraliter assignetis, satisfacientes sibi congrue de subtractis; non obstante consuetu-

Tit. IV. de Clericis non resident.

119

stetudine, quæ super hoc contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanasse, cùm familiares nostri, qui circa nos se (c) obsequiales exhibent universis, minori non debeant prærogativâ gaudere, quām vestrum singuli, quorum negotia per ipsos sibi promoventur.

N O T A E.

(a) **M**etenſi.] Ita etiam legitur in quinta compilatione Honorii III. sub hoc tit. cap. 2. Metensis Civitas, vulgo Metz, principalis est Gallicæ Belgica, in qua olim sedem habebant Reges Gallie Orientalis, ut refert Yepes tom. 2. chron. D. Benedicti, cent. 2. anno 632, habuit Episcopalem Cathedram jam à primis Ecclesiæ saeculis; liquidem primus ipius Episcopus fuit sanctus Clemens, sancti Petri discipulus, & sancti Clementis Papæ patruus, cognomento Flavius, ut refert Bucelius tom. 1. Germania sacra, fol. 35.

(b) **S**criptor.] Temporibus Innocentii III. jam Roma sufficiptores, seu scribas litterarum Apostolicarum, constat ex e. dura, 4. decrimin. falsi; eorum originem refert Polydorus Vergilius de invent. ver. lib. 8. cap. 2. illis verbis: *Ab ini-
tio fuerunt scriba, qui litteras scriberent Apostolicas*

*parvo, vel nullo preio, secundum illud Salvatoris
præceptum, gratis accepisti, gratis date. At de-
inde Joannes XXII. collegium Scribarum Apo-
stolicorum primus numero distinxit. Privilegia
ipsorum, & collegium refert Cohelius in not.
Cardin. cap. 24.*

(c) **O**bsequiales exhibent.] Facit Cassiodorus lib. I. epist. 15. ibi: *Idcircò presenti iustitione decernimus, ut dominus Patrius Angelli ad Africam dis-
cedentis, qui regnum petens alterius, nostris est uti-
litatibus serviturus, salvi legibus iuà tuitione val-
letur, ne violentos cuiusquam impetus, subtrahâ do-
mini defensione, patiarur. Pervia sunt enim semper
injuriis facultates absentium. Et quodammodo vi-
detur occasio homines in delictum trahere, que non
potest animum pervadentis de persuasione terrere.* Ideoque *Celsitudo vestra, quam votum pium est
habere vicinam gentis, erigat humiles, cripiat op-
primendos; Et quod postulatis rarum est, profi-
cias cunctis, qui universi celsior inveneris.*

CAPVT V.

(a) Meldensi Episcopo.

Ad audienciam nostram te significante pervenit, quod cùm in Meldensi Ecclesiæ quædam sit (b) constitutio inita, juramento vallata, & auctoritate Sedis Apostolica confirmata, ut videlicet ejus Canonici, qui per sex menses non resederint in eadem, suarum preventur fructibus præbendarum, illis dumtaxat exceptis, quos infirmitas proprii corporis excusaret, sive ad Apostolicam Sedem accedere, vel in ejus servitio contigerit detineri, quosque peregrinationis labor, aut studia trahe- rent litterarum; Decanus, & quidam alii Canonici Meldenses occasione consti-
tutionis hujusmodi Canonicos in tuo servitio commorantes, præbendarum suarum privare fructibus moliantur. Unde cùm tibi plurimum expediatur aliquos Canonici-
corum ipsum in tuo servitio retinere, nobis humiliter supplicasti, ut super hoc necessitatibus tuis, Apostolicæ dignaremur provisionis moderamine providere. Volen-
tes igitur constitutionem moderari prædictam, ut dicta Ecclesia fructum sentiat ex eadem, & tu per ejus abusum dispendium non incurras; præsentium auctoritate decernimus, ut duo ex Canonicis Ecclesiæ memoratæ in tuo servitio existentes, suarum fructus (c) integrè percipient præbendarum, cùm absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo, & ipius Ecclesiæ servitio commorantur.

N O T A E.

(a) **M**eldensi.] Ita etiam legitur in cap. final. hoc tit. in S. compil. De Ecclesia Melden-
si nonnulla notavi in cap. 1. de consit.

(b) **C**onstitutio.] De his statutis, seu consti-

tutionibus Ecclesiarum, & quatenus Cano-
nici ligent, egi in cap. cùm omnes 6. de con-
stitut.

(c) **I**ntegre.] Exceptis distributionibus quo-
tidianis, juxta adducta in cap. de cetero, ubi tex-
tum hunc exposui, hoc titulo.

CAPVT VI.

Gregorius IX. Patriarchæ (a) Antiochia Ap. Sedis Legato.

Cum ad hoc sint Ecclesiastica beneficia deputata. Et infra: Sanè nobis innotuit,
quod Ecclesia Antiochenæ multis ex servitoribus ejus absentibus est ferè desti-
tuta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgen-
tiis